01
A
6639

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0001-8

1. De Differentiis Iuris Romani et Germanici
in Senat. Consult. Velleian. Excell.
2. Status naturalis Hobbesii in corp. Iur. Civil. Defensus
et Defendendus. Præside Gundling
3. An Nobilitas [illegible]. Præs. Gundling
4. De feudis [illegible] . [illegible]
5. [illegible] [illegible] [illegible]. Præsid: Ludewig.
6. Differentiæ Iuris feudalis Communis atq [illegible]. Ludewig
7. id. Iuris communis et Lusatici in legitima atq Dote. Ludewig
8. id. Iuris Romani et Germanici in re militari [illegible]
Captivorum. Præs. Ludewig
9. De Iure [illegible] hæreditatio. Ludewig
10. - Transmissione [illegible] in [illegible] Imperii [illegible]. Ludewig
11. - Iure Suffragii Regis Bohemiæ. Præs. Ludewig
12. - Prorogatione Investituræ. - Ludewig.
13. - Iure retractandi transactionem. idem
14. - Differentiis Iuris feudalis communis atq Lusatici
15. ( [illegible] [illegible] injuriis liberatus. Præs. Gundling
16. De Civitatum [illegible] nexu cum S. R. Imperio. Ludewig
17. Differentiæ Iuris communis et Saxonici in simultanea
investitura. Ludewig
18. Formula. Brandenburgici [illegible]. Ludewig

12

DISSERTATIONE INAUGURALI
DE

# PROROGATIONE INVESTITVRAE

# Vom Lehens-Indult/

PRAESIDE

*IOAN. PETR.* Ludewig/ *ICto,*

*REGIAE MAIESTATIS CONSILIARIO INTIMO ATQVE IN REGIMINE PROVINCIALI, PROFESSORE IVRIS AC HISTORIARVM ET ARCHIVARIO,*

PRO IVRIVM DOCTORIS HONORE AC PRIVILEGIIS
PVBLICE CONTENDET

*ADAMVS CASPAR BAVER,*

*ADVOCATVS CVRIAE LIPSIENSIS.*

---

H. L. Q. S.
DIE V. NOVEMBR. CIↃ IↃCCXVIII.

---

HALAE VENEDORVM,
typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, acad. typ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0004-5

*Diſſertatio inauguralis*

DE

# PROROGATIONE INVESTITVRAE

## Vom Lehens-Indult.

### CAP. I.

### *Scripti occaſio et ratio.*

TRia ſunt, quae ad hoc argumentum induſtriam meam excitarunt. *Primum* eſt, quod de *indulto feudali* parce agant brachioque ſat leui interpretes: *alterum*, quod hodie, praeſertim in curia imperiali, his *indultis* nihil ſit frequentius, cum inter principes imperii uix reperiatur, qui e re ſua ducat, *renouare inueſtituram* intra annum, id eſt, tempus, lege definitum, ut omnes potius exigant ab imperatore illius prorogationem idque ſemel iterumque: *ultimum*, quod controuerſiae iuris, ea de re in tribunalibus agitatae, peruerſo plerumque iudicio aeſtimentur, cui nos praeſertim ex rationibus medii aeui addemus lumen. Deus adſit ſcribendis. *Cauſa argumenti.*

§. 2. Erimus igitur in illis, quae aliis ſunt tradita, breues, longiores autem in aliis, quae fugere ſolent clientelares libellos. Vtrinque ita rationes inibimus, ut *imperialium* et *prouincialium* feudorum conſtet diuerſitas, fere neglecta aliis. Imo etiam temporum diſtinguantur interualla, cum re ipſa conſtet, *feuda* in peiorem ſemper iuiſſe ſtatum et *nexum* clientelarem ſubinde factum eſſe *laxio-* *Eius ratio.*

 *rem,*

*rem*, ut priſtini iuris et rigoris uix umbra ſupereſſe uideatur. Inſtar *ſeruitutum* apud Romanos, quae principio immenſae, deinde remiſſae parum, poſt imperio laxatae, demum ita diſſolutae, ut domini mallent ſeruis carere, quam alere eos ad deſpectum et ludibrium. Hoc enim iudicio in Gallis utitur *Ludouicus Cantarellus* FABER, regem, ſtatu rerum mutato, feuda Galliae uertiſſe in libera patrimonia, ne iurium nouitati porro imponerent uocabula aeui uetuſtioris.

## CAP. II.
# De INDVLTI et INVESTITVRAE uerborum ſignificatu.

*Indulti etymon.* INDVLTI nomen, quod alii pro nouo habent (a), forte antiquatum. Volunt enim rationes criticae, principio pro *indulgeo* dictum ſcriptumque eſſe *indulteo* uel *induldeo*. Idq; primo inſtar uernaculae **dulten** uel **dulden** (b). Deinde ex indicio praeteriti et ſupini *indultſi*, eliſa mox littera *t* (c)

(a) Quaſi partus ſit aeui barbari. Neque enim in lectione auctorum criticis occurrit locus, ubi uox, *indultum* in meliori aetate fuerit adhibita. Adeo rarus quoque uſus *ſupini*, ut Caelius CVRIO gaudeat uerbis VEPIANI in *l. 1. §. 14. ff. de ſeparationibus*, quae haec ſunt: *De his autem an admittenda ſeparatio ſit, hoc eſt eius, qui ſeparationem* indulturus *eſt*

(b) Pridem ſcripſit dn. praeſ. omnium orbis linguarum eſſe harmoniam, quae unum doctorem loquatur Moſaicum *Adamum*. Etiam in hoc uerbo nouum adparet ſpecimen. Eſt enim *indultum* patientia, mora, uenia; ſed his omnibus in uernacula uocabulum reſpondet **Gedult**.

(c) Vti enim ab *audeo auſus* ſum, pro *audſus*, ita quoque pro *indultſi* dictum *indulſi*. Certe ſi uetuſtum uerbum fuiſſet *indulgeo*, forte non praeteritum *indulſi*, ſed *indulgſi* ſiue *indulxi* formauiſſent, uti ab *augeo* dixerunt *augſi* ſiue *auxi*. Vnde PRISCIANVS *lib 9. p. 867.* nobis conſentit in regula: *In deo exeuntia faciunt praete-*

indul-

*indultum* (d). Quod cum factum eſſet, Romani in cultiori aeuo pro, *indulto*, uerbum adhiberunt *indulgentia*, ab *indulgeo*. Circa Iuſtiniani uero aetatem uſus uerbi, paulo antiquati, iterum reuiuiſcere coepit. Nam eius aeui gloſſaria habent *indultum*, *indultitas*, ab antiquo *indulteo* (e). Vnde primum etiam inferius aeuum retinuit, (f) *indulgentiae*

---

*ritum* ſi. *Vti ſua*deo *ſua*ſi, *ri*deo *ri*ſi, *ar*deo *ar*ſi, *gau*deo *gau*ſi ſiue *gaui*ſi, *cetera*.

(d) Liceat hic diſſentire, bona criticorum pace, ab ipſo patre Grammatico, PRISCIANO. Nam *lib. IX.* meae editionis, quae eſt *Pfutſchiana* p. 870. claſſem ita inſtruit: *ſupina in* ſi *praeteritum terminantia faciunt* ſum, *uti fulſi ful*ſum, *ter*ſi *ter*ſum, *mul*ſi *mul*ſum. Quid autem de uerbo *indulſi?* Hic aqua ei haeret. Nam ſcribit quidem: *indul*ſi *indul*ſum *uel indul*tum. Aſt uero fingit prius. Nam in nullo auctore *indul*SVM reperit, ſed *indul*TVM. Quod uidimus ſupra in VLPIANO atque etiamnunc intelligemus ex MARCELLINO *rer. geſtar. lib. 14.* ad quem noſter quoque antagoniſta prouocat in hoc bello: *tanquam licentia crudelitate indul*TA. Sed noſtrum bellum non eſt grammaticale.

(e) Nam in gloſſario PHILOXENI legitur: *Indultum* ἐπιδαψιλευθέν *indulgitas*, aut, quod alius codex habet, *indultitas* συγχώρησις. Imo *indultata*, *indulgitata* atque *indulta* ἐπιδαψιλευθέντα; notante *Bonau.* VVLCANO. Et Nonius MARCELLVS, quem poſſideo, notulis manu Eraſmi auctum, ait: *Indulgitas* pro *indulgentia Siſenna hiſtoriar. lib. tertio: Baſſeus aſſiduitate indulgitate uictus.* Laudat GOLDASTVM ad *Doſith.* de uoce *indulta*, ſed fugit ille liber muſas noſtras. *Indultare* quoque pro *indulgere* ex uetuſtate eruit SALMASIVS in not. ad *Fl. Vopiſcum in Firmo cap. 3 p. 708.* Inde quoque *indultum imperiale* legitur *in A. B. tit. 29. §. 2.*

(f) *Indulgentiae* uox licet adpellatione Latina ſit, eſt tamen barbara eo ſignificatu, quo notat *remisſionem et condonationem poenarum*, eccleſiaſticarum praeſertim. Vnde integri libri inter theologos de *indulgentiis*, qui numerus pluralis non minus eſt barbarus. Sordida quoque et meliori aeuo ignorata dictio: *emere indulgentiam*, *uendere indulgentiam*. Quod certe σιδηρόξυλον idemque, quam *gratia uenalis*. Inde et hoc ſcabioſum: quod indulgentia poenarum in *eccleſia* aut *purgatorio* remittitur tantum uel *altera* uel *tertia* parte, pro *quantitate* ſcilicet pretii ſoluti, cum aeterni numinis gratia non ſit *diuidua*, imperfecta,

uerbo nouo ſignificatu tributo (g), qui eſt remiſſio poenarum.

*Significatus.* §. 2. Eſt igitur ſignificatu priſtino *indultum* idem, quam *patientia*, **Gedult.** Poſt ampliores limites accepit (h). In iure clientelari ſigillatim *uenia morae* in renouanda inueſtitura (i). Inde **Lehens-indult** ſiue **Lehens-gedult** unum i-

*ſemigratia.* Quamuis hoc magno conatu defendere ſoleant MACEDO *de clauibus Petri lib. 4. c. 4. Auguſtinus* TRIVMPHVS *de poteſt. papae Qu. 47.*

(g) Iureconſulti clericis in eo rectiores. Nam *indulgentia* primis eſt gratuita poenae promeritae *remiſſio*, quod hodie alio uerbo dicere ſolemus *ius adgratiandi*, **wenn Gnade vor recht gehet.** Quo de KLOCKIVS *tom. 1. conſ. 37. n. 65. 68.* Inde formulae imperatorum pro *diuina indulgentia noſtra*, uti in *l. 7. 10. 12. C. de ſententiam paſſis* et alibi habetur paſſim. Contra clerici ſuas *indulgentias* ueno ſolent exponere ad emendum largiunturque illas, ſolutis numis. Quod inſtitutum *diſpenſatio* eſt non indulgentiæ.

(h) Iuris ſignificatus ſunt fere hi. Sic *indultum* I) dicit imperator pro *gratia* et priuilegio uniuerſim, hinc formulae ex *indulto*, barbare indultu, imperiali, regali, principali, uti in A. B. uox occurrit *tit. 29. §. 3.* ac paſſim ſynonyma: *in omnibus INDVLTIS, gratiis, priuilegiis, conceſſionibus* debet *defendi*, ut diploma habet in *Reliquiis manuſcriptorum* num. 339. p. 510. 512. Vnde iuris axioma; *indultum ad aliquem effectum non debet operari contrarium* CARPZOVIVS *lib. 6. tit. 1. reſp. 8. §. 9.* II) Sigillatim pro poenae remiſſione et iure aggratiandi, ubi *indultum*, idem quam *indulgentia* et uenia. Hinc formulae: *reſtitui* aliquem ex iuſtitia, non indulgentia et *indulto* Ant. MATTHAEI *lib. 48. de crim. tit. 19.* ALTESERRA *de Duc. lib. 2. c. 6.* III) pro *reſcripto moratorio* in gratiam obaeratorum, quas litteras dicimus **Anſtandsbriefe, Indultbriefe**, Wilhelm. ANTONIVS *de reſcript. moratoriis tit. 1. concl. 3.* IV.) pro cuiuscunque iuris ac *termini prorogatione*, inde formulae **er hat** indult **der Friſt bekommen**, quem etiam dare poteſt priuatus, pars parti, creditor debitori, cetera.

(i) Rectiores hic ſunt leges clientelares, quam doctores, qui *indultum clientelare* cum aliis epiſtolis in re clientelari miſcent, notandi deinceps. In *feudis imperii* autem **Lehens**-indult, litteras dici, quibus dominus, ad petitionem uaſalli, prorogat terminum reuocandae inueſtiturae, oſtendit teſtaturque VFFENBACH *de iudicio aulico cap. XI. n. 4. p. 122.* In feudemque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0008-7

demque idque ex teſtatiſſima utriusque linguae harmonia (k).

§. 3. Cum uero, *indulgere* alteri, opus ſit beneuolentiae et *fauoris*, per litteras declarati; inde eſt, quod idem ius in uernacula audiat **Gönnts-Brief/ Günſtigungs-brief** / (l) literae ueniae datae **Urlaubs-Brief** (ll). Imo etiam, quod proficiſcuntur ex bona gratia, adpellantur **Gottesbrief** (m), ſenſu eo, quo ſcilicet arrhas gratuitas dicere ſolemus **Gottespfennig** (n). Quamuis communior ſit uſus uerbi **Indultzettel** (o),

*Synonyma.* Gönntsbrieff Günſtigungs brieff/ Urlaubsbrief Gottesbrief/

dis prouincialibus idem patet ex ſtatutis clientelaribus MAGDEBVRGICIS, reſcriptoq; regali an. 1700. in codice MYLII *part. 3. n 123.* aliisque ſuo loco citandis.

(k) Cum enim unam mortalium linguam eſſe, docuerit dn. *praeſes* alibi: quoties occaſio ſe offert, haec doctrina firmari debet exemplis.

(l) Ita MYLERVS *ab Ehrenbach part. 3. de princip. imp cap. 91. n 17. Caſu*, inquit, *quo princeps tempore legali feudi recognitionem petere nequit, ab imperatore LITTERAS MORATORIAS, quas indultum uulgo* Gontsbrieff *uocamus, impetrare ſolet. Quo ei feuda* urlaubsweiſe *poſſidere liceat.*

(ll) Eſt enim haec formula conceſſi indulti: *ut uaſallo liceat uti feudo, quamuis nondum requiſita inueſtitura. Idque bona uenia et ex indultu* domini, urlaubsweiſe. Quam etiam formulam habes apud STRVVIVM *in obſeruat. feudal. ad cap. 10. §. 3. p. 60. 61.*

(m) Hoc uerbo utitur VITRIARIVS *lib. 2. iur. feud. tit. 1. n. 13. Litteras, ſuper dilatione temporis*, ad inueſtiturae renouationem deſtinati, *conceſſas, uocant* indultum Gottsbrieff. Silet ad hoc uocabulum PFEFFINGERVS, maior doctore ſuo interpres.

(n) Niſi forte litura typographi aut amanuenſis pro Gontsbrieff factum Gottsbrieff. Sed Gottsbrieff etiam habet WINZINGER *ad cap. 17. Stryk. quaeſt. 41. p. 469.* Quae ſcriptura ſi uera eſt uſuque probata alicuius curiae, haud dubie Gottsbrieff idem eſſe debet, quam Gutsbrieff. Nam denarius bona gratia alteri datus in uernacula audit Gottsgabe, Gottespfennig, quaſi Gutspfennig.

(o) Ita fere *Ioan. Henr.* LINCKE *in tractat. feud. part. 3. n. 18. Tutores literas a domino impetrent, quibus pupillis feudum ſalnum fore, promittatur,* daß ſie einen Zettel oder indultzettel ausbringen, daß der anſtand der empfahung der Indult-

Indultſchein Lehensindult Anſtands-brieff.

**Indultſchein** (p), **Lehns-Indult** (q), litterae moratoriae **Anſtands-brief** (r).

*Homonyma*

§. 4. In tanta igitur nominum, quibus *indultum feudale* exprimere licet, multitudine ac uarietate, uix illi auctores ueniam merentur, qui illud cum aliis uerbis, magna rerum perturbatione, commiſcent. Scilicet, cui delata eſt feudi ſucceſſio, eum oportet pluribus *epiſtolis* iuri ſuo in renouanda inueſtitura inuigilare. Aut enim paratus eſt ad eam ſuſcipiendam, tumque rogat inueſtituram **mit dem anſinnungs-zettel oder Lehensſinnug** (s), recipitque, ſi dominus eum agnoſcit uaſallum, requiſiti feudi teſtimonium,

Anſinnungs-zettel. Lehenſinnung

Lehen ihren Mündlein ungefährlich ſeyn ſolle, bis ſie ihre mündige Jahre erreichen.

(p) Ita in plerisque legibus clientelaribus, ſich mit einem indultſchein bey dem verzug der Lehensmuthung zu verſehen. Quod etiam nomen ſuis inſcripſit formulis WINZIGER *ad cap. 17 Stryk. q. 13 p 469.*

(q) Ita conſtitutio Magdeburgica an. 1700. die ſo militiae cauſa abweſend ſind, haben ſich bey der Lehens-curie zu melden und um INDVLT anzuſuchen. Quo etiam uerbo utitur *excell. dn. Iac. Frider.* LVDOVICI cap. XI. des Lehenproceß. §. 10. p. 229.

(r) Verba ITTERI *cap. XI. de feud. imp. §. 7. p 591. 592.* ſunt haec: *Ceterum ſi propter legitima impedimenta renouationem petere nequeat uaſallus*, LITTERAS MORATORIAS *impetret ſiue* INDVLTVM.

(s) Saepe confundi ſolet der Anſinnungszettel mit dem Mutſchein. Idq; ideo, quoniam utrumque uerbum *mentem* denotat (muth und ſinnen). Inde anmuthen, muthen, anſinnen, geſinnen habentur pro ſynonymis. Ita SCHOTTELIVS *lib. 5, Gram. tractat. 6 p. 1366.* ſentit: **Muth** *animus*, **muthen das Lehen** / *petere renouationem feudi.* Quemadmodum uero inter uoces, quibus aliquid ab altero iure exigimus, nulla lenior eſt ea, qua dicimus ſinnen an euch, geſinnen, anſinnen, id eſt, animum alteri aperire: deinde ne confundantur inuicem das muthen oder das muthſchreiben mit dem muthſchein, maluerunt etiam ab hoc nomine abſtinere curiae quaedam et, eius loco, uti anſinnungs-zettel uel Lehensſinnung, quod de Saxoniae tribunalibus STRVVIVS *cap. 10 § 4 p. 376.* HORNIVS *cap. 17. § 16.* hinc in iure FEVD. SAX. *c. 22.* formula: das Lehen fort nicht mehr vom Herrn ſinnen oder ſuchen, quod notat

einen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0010-8

einen Muthſchein (t); ſin minus, in iure ſcilicet litigioſo einen recognitions-zeddel (u), quod utrumque in Latio dicitur *breue teſtatum*, id eſt, *ſchedula teſtimonialis*, cum non a breuitate, ſed Germanorum brieff/BREVIS aut BREVII ſit ad-

Muthſchein. *Recogniti*ons-ſchein. *Breue teſtatum a Ger-*

SCHNEIDEWIN *part. 8. feud. c. 2. n. 127. p. 498.* Vt adeo Lehens-ſinnung oder Lehensſuchung nomina ſint petitioni inueſtiturae admodum concinna.

(t) Vocabulum Muthzetel in triplici ſignificatu. Nam I) accipitur pro *petitione* inueſtiturae, facta per litteras a uaſallo, qua ratione confunditur mit der Lehens-ſinnung. Quod eo contigit facilius, quoniam *petere inueſtituram* re uera eſt, das Lehen muthen: ſed tamen, quod additur Zettel, illud eſt reuerentiae erga dominum inconcinnum, cui non ſchedula offerri debet, ſed litterae. Vt aptius dici queat ein Muthſchreiben. II.) Pro *ſchedula domini*, qua in gratiam uaſalli *teſtatur*, inueſtituram a uaſallo requiſitam eſſe. Diciturque ideo ein muthſchein inſtar apochae uel ſchedula teſtimonialis ein Muthzettel, qui ſignificatus uere eſt proprius III) pro *indulto feudali* idque ideo, quoniam plerumque dem Muthſchein adiicitur terminus ſuſcipiendae inueſtiturae, ultra tempus in lege definitum prorogatus, prout excuſare uidetur hunc uerbi uſum L. B. de LYNCKER *in analect. ad Strun. c. 10. §. 5.* ſed tamen, cum ultimum hoc non ſemper fiat, incaute ſatis cum ANTONIO *diſſ. feud. 8. § 8. litt. c.* qui ſcribit: *Quod ſi dominus fuerit impeditus, documentum requiſitionis ſuae, indultum vocant, Germanice* den Muthzettel. Cum tamen haec ſchedula potius dici debeat Indult-ſchein/ Lehens-indult, Anſtands-brieff/ quod dictum ſuperius. Ceterum in uetuſtiori Saxonum lingua dicitur Muzezettel apud SCHNEIDEWINVM *part. 3. feud. n. 101. p. 263.* et alibi Miethzettel, ut habet REVSNERVS *diſſ. 7. feud.* §. *16.* quaſi muthen idem ſit, quam *conducere.* Verum certius eſt, muthen ab animo, inde anmuthen, uti ſinnen et anſinnen, deriuari. Vti etiam zum Handwerck muthen; im Bergwerck muthen, quod idem ac *deſiderare*, *petere*, cetera.

(u) Ita diſtinguit den Muthſchein von dem *Recognitions*-ſchein *Ioan.* TIMAEVS, cuius *manuſcripta* poſſident muſae *dn. praeſidis* in *conſ. 26. n. 200. edit. Fritſch.* his quidem uerbis: die Muthzedel oder *recognitiones* ſind mir nicht zugeſchicket. *Notandum autem eſt diſcrimen inter iſtas ſcripturas. RECOGNITIONES non important adprobationem perſonae et* receptionem *in uaſallum. Ideo decipiuntur, qui,* recognitione *accepta, omnia putant eſſe in uado.*

pellatio

manico Briev.

Indultgeſuch

Indultſchein

Privations-klage.

pellatio (x): aut prorogationem inueſtiturae a domino ſolicitat uaſallus **durch ein Indultgeſuch** (y), cui illa uel negatur (z) uel conceditur **durch einen Indult-Schein** (aa). Tempore indulti elapſo, dies interpellat pro homine, ideoque non opus eſt aliqua citatione; ſed, neglecto termino, actio naſcitur domino feudi priuatoria, **weil er ſich an den Lehen verſäumet** (bb). Quod ſi autem inſtructus ſit **mit**

---

*Dominus enim accipiendo eiusmodi ſupplicationem* (den Lehens-ſchein) *non propterea* obligat *ſe ad* inueſtituram *faciendam. Prout in aulico indicio electorali ſaepe pronunciatum uidi. Diuerſum autem eſt* in Muthzedeln, *quae uim habent BREVIS TESTATI.* Ceterum an opus ſit mentione in dem Muthzettel *ſimultanee* inueſtiendorum, de eo disquirit *Wilh.* FACHIVS in Conſil. quod in addit. Speid. exhibet Fritſchius u. *Hohenſtein* p. 656. ſqq.

(x) Iterum dn. praeſ. doctrinae de *harmonia linguarum* nouum ſe prodit argumentum. *Breue* ipſi quondam Latini dixere einen Brieff ſiue, ut olim etiam Germanica ſcriptura, Brieve. *Flau.* VOPISCVS *in D.* Aureliano *c. 36.* inquit: *BREVE* (epiſtolam) *legit ſingulis, quorum nomina continebat.* Idem in Bonoſo c. ult. *Dabis ei iuxta BREVE infra ſcriptum.* Pro quo fruſtra SALMASIVS ſubſtituit *breuem.* Quoniam epiſtolae Romanis *breues* ſint dictae, non *breuia.* Inferiora certe aeua dixere *Breue*, *Breuium*, *Breuetum* pro epiſtola. Quod etiam oſtendit *Octau.* FERRARIVS *in origg. L. Ital. h. u.* Sed nemo plenius loca ueterum de hac uoce collegit, quam FRESNEVS. Meo igitur iudicio *breue* Brieff eſt uocabulum originarium: reliqua ſynonyma, *epiſtola* a mittendo, *litterae* ab elementis, acui ſunt poſterioris. Neque in hoc adſentior SKINNERO meo, qui in *etymologico* h. u. ait: *Brieu a FrG. Breu, Breuis.* Nam potuit breuis potius a Brieff aut, quemadmodum tempore A. B. ſcriptum Briev deriuari. Nam kurtz ueteres Latini *curte* dixerunt. Iterum ad mentem dictae LL. harmoniae.

(y Nam opus eſt, ut ante uaſallus *termini prorogationem* roget, quam dominus indulgeat eandem. Ergo *indultum feudale* ſolet praecedere das Lehen-oder indult-geſuch.

(z) Reddito libello ſubſcriptoque atro colore abgeſchlagen.

(aa) De cuius uerbi origine ſupra dictum eiusque uſu dicendum etiamnunc.

(bb) Quam alii condictionem ex moribus aut legibus, alii autem actionem ex feudo priuatoriam uocant. Vltimi meliores, quoniam nouum *ius clientelare* no-

Muth-

Muthſchein/tum poteſt impune citationem domini expectare. Quam aliqui, licet male, dicunt Lehensſinnung. Cum potius nomen grauius mereatur Lehens-forderung/ Lehens-citation (cc). Quae omnia cum ita ſint, intereſſet omnino curiae feudalis, horum nominum ſignificatus reddere legitimos & cohibere eorundem abuſus ualde licentioſos (dd).

*Lehens-forderung.*

§. 5. Inueſtiturae uerbum miſere torquere ſolent, ad exprimendas eius origines (ee). Nobis, ex notitia inferioris aeui, certum eſt, eam a *ueſtitu* dem Lehenskleid denominatam, qua olim induti uaſalli (ff). Vnde iterum lingua-

*Inueſtitura idem quam ueſtitura.*

*Vti a La-*

num etiam actionis nomen haud dubie meretur.

(cc) Nam domini ſtylus eſt grauior in compellando uaſallo. Inde exulat hic lenitas uerborum muthen, geſinnen oder ſinnen an euch, quae ſchemata uaſallo erga dominum ueteris aeui: contra dominus in uaſallum hunc ſtylum uibrat, heiſchen, fordern, ruffen dich, befehlen dir, cetera. Vnde mallem libellum, quo uaſallus a domino citatur ad feudum ſuſcipiendum, dicere Lehensforderung, Lehens-citation.

(dd) Quam diu enim haec nomina relinquuntur arbitratui doctorum; tam diu fingunt illi refinguntque, confundunt, miſcent, turbant, in ambiguoque et tenebris uerſantur.

(ee) Non miror, caecutire hic uulgares doctores, quibus nulla uel inferioris uel cultioris aeui notitia. Sed mallem GROTIVM *in lexico Gothic.* VOSSIVM *l. 3. c. 55. et l. 4. c. 7.* FERRARIVM *in origg. L. Ital. h. u.* paulo aliter. Nam et illi exiſtimant, INVESTIRE *et* VESTIRE *non Latino ſignificatu, ſed Germanico* feſten, *confirmare* dictum. Id eſt *ius alicuius ſolemniter adfirmare, ut ultro poſſeſſionem adipiſci poſſit.* STRVVIVM, STRYKIVM aliosque taceo.

(ff) Inueſtire idem eſſe, quam induere *ueſtitu clientelari* mit dem Vaſallen-kleid, tam certum, quam quod certiſſimum. Principio I) pro *inueſtitura* dicitur multoties *ueſtitura*, imo et *ueſtitio* et *ueſtimentum* uaſalli, quae loca ante nos congeſſere gloſſographi. Deinde II) priuatio et *deſtitutio* feudi exprimitur contrario uerbo *deueſtire*, *diſueſtire*. Praeterea III) reſtitutio priuati feudo, per delictum, uaſalli adpellatur reueſtitio. Porro IV) ſimultanee inueſtiti *adueſtiti* nominantur. Poſt V) res ipſa clara, quod olim, inſtar militis hodie mercenarii, ua-

quen/Laquey. Veſten i- dem quam ueſtile.

rum firmatur harmonia, quod certum ſit, etiam a Germanis ueſtem dictam eſſe Weſten/Veſten (gg), imo *ueſtitos* uaſallos hodieque Veſten audire, inſtar militum, qui a ſalario dem Sold dicuntur Soldaten. Cetera expediemus ſuo loco, ſi quae ab interpretibus peruerſe.

## CAP. III.

# De ORIGINE indulti feudalis.

*INDVLTI nulla mentio in iure Longob.*

§. I. EXulat hoc argumentum in iure communi eoque antiquiſſimo. Nihil enim in Longobardicis inſtitutis de *indulto feudali*. Tantummodo ſpatii *annui* fit mentio, intra quod *inueſtitura* ſuſcipienda (a).

ſalli a domino acceperint *ueſtem clientelarem*, colore tinctam, quo dominus gauiſus fuerat in ſuis gentilitiis inſignibus. Quod non ſolum in *formula ducatus Brandeburgici* oſtendi; ſed etiam idem conſtat ex hiſtoria inaugurationis, factae a Maxim. I. imperatore. In qua ſinguli principes induti fuere *clientelaribus ueſtimentis* mit Lehens-Kleidern, quae deſcribit LIMN. *tom. V. iur. publ. ad lib. 4. c. 7. n. 23.* VI Exempla ſunt eorum, qui, refutato feudo, domino reddiderunt *ueſtem clientelarem*. Tandem VII) feſte, befeſtigen, antiquiſſimi auctores habent, contra *inueſtire* nunquam *infeſtire* ſcribitur, certiſſimo indicio natales uerbi non deberi primo.

(gg) Scilicet cum etiam in uernacula dicamus inveſtiren deſtituamurque uerbo alio, quo inaugurationem exprimamus clientelarem, etiam coniectura utor hac: neque a Germanica lingua hanc uocem ita alienam eſſe, ut opus fuerit, eam ciuitate donari. Nam hodieque Weſten, *ueſtem* dicimus, licet inferiorem das Unterkleid. Potuit ergo veſter inde adpellatus eſſe, quaſi ueſtite et quidem uel ob cauſam militarem uti Mannveſt uel honoris alius ergo, Ehrenveſt.

(a) Nam in *Longobardicis decretis* habetur tantummodo illud, quod *inueſtitura*, mutato uel domino uel uaſallo, debeat *renouari* idque intra tempus annuum et quod excurrit. Nam militi adſignatur *annus* et *menſis 1. F 22.* aliis *annus* et *dies 2 F. 24. pr.* et quidem per capitula CORRADI *2. F 40* atque Lotharii *2. F. 52. §. 3.* ubi additur, ſi cunctatus fuerit *dolo-*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0014-0

Quod pariter fit in *Saxonico* (b) et *Sueuico* (c). Vbi addunt interpretes, loco cautelae, ut, ſi uaſallus ſit impubes, id eſt, aetate impeditus, quin requirere poſſit inueſtituram eique ſatisfacere, tutor roget a domino *indultum* (d). *in Sax. et Sueu.*

§. 2. Cauſas huius ſilentii indagaturo plures ſe exhibu- erunt etiamnunc recenſendae. Scilicet olim non alia ad *CAVSA ſilentii.*

---

*ſe.* De *prorogatione* autem huius ſpatii nihil decernitur. Forte ideo, quoniam, ſi *cauſae* ad prorogandum fuere uaſallo, etiam ab illo abeſſe uidebatur *dolus*, qui *2. F. 52.* requiritur. Vt adeo impune eidem liceret cunctari et tempus protrahere.

(b) *Iur. Sax. feud. cap. 7. §. fin.* dicitur: ob der Mann verſchmähet das Lehen und ihm das nicht zuziehet in Jahr und Tag/ von dem iſt der Herr ledig. Der Mann thue dann ſeine Unſchuld darzu, daß er nicht gewußt hätte, daß es ledig wäre. Quae uerba id uidentur habere: *aperiri domino feudum, uaſallo demortuo. Hunc expectare oportere uaſallum per* annum *et* diem. Poſtea eundem porro non attendi. Et cap. 22. nach des Vaters tod binnen Jahr und Tag komme der Sohn zu ſeinem Herrn das Lehen zu ſinnen.

(c) Eadem chorda oberrat SVEVICVM ius feud. cap. 15. Ob ein Mann ein Lehen verſchmähet. Vordert er nicht das Lehen in Jahre und Tagen, der Herr iſt ledig von dem Manne. Der Herr ſolle halten das Gut Jahr und Tag unverwandelt. Mag der Mann beweiſen, daß er nicht gewußt, daß das Gut ledig, der Herr ſolle ihme das Lehen leihen. Et *cap 50. §. 1.* ibidem: Jegliches Mannes Jahrzahl gegen ſeinem Herrn ein Jahr und ſechs Wochen.

(d) Ita SCHNEIDEWIN *part. 3. num. 1.* ſuggerit: INFANS *poteſt inueſtiri de feudo nouo et antiquo cum auctoritate tutoris:* PVPILLVS *minor 14. an. etiam ſine tutore. Licet non cogatur iurare antequam maior factus annis 14. Iurat tamen interim tutor. Vbi porro notandum:* daß man, dem gebrauch nach, dem Vormund ein Bekänntniß oder Muthzettel zuſtellet. Daß die empfahung der Lehen ihren Mündling ungefährlichen seyn ſolle, bis ſie ihre mündige Jahre erreichen. Addit REVSNER diſp. 7. feud. §. 16. *atque hoc in curiis* SAXONICA *et* BRANDEBVRGICA *quotidiano uſu ita obſeruatur.* Sed LINCKE ſuperius p. 5. illud magis adpoſite dixit einen Indult-zettel. Idem fit in S. R. I. ubi *tutores*, fructuarii praeſertim, et fidelitatem iurant et impetrant pro pupillis ſuis INDVLTVM. Exemplis id docet ITTER *de feud. imp. c. 9. §.*

 feudum

feudum acquirendum uia, quam per *inueſtituram* (e). Qui igitur de feudo non fuerat inueſtitus, ille feudum neque poterat habere aut poſſidere (f). Inde omnes properare oportuerat ad eandem, nemo petierat *indultum*. Quia hoc idem fuerat, quam carere interea feudo eiusque uſu (g).

*Cauſa indultorum noua.* §. 3. Poſt uero, quam *duo* modi, feudum acquirendi, patuerunt, *unus* per *inueſtituram*; alter per *ſucceſſionem* (h): tum demum occaſio data rogandis *indultis*. Nam, acquiſito iam per *ſucceſſionem* feudo, uaſalli parum intererat: ſuſciperetne *inueſtituram*, an terminus, illi ſtatutus, prorogaretur (i). Dummodo feudi *amiſſionis* argui non poſſet, requi-

*18.* Quod demum principes uaſalli *iuramentum* praeſtent facti *maiorennes.*

(e) Clarum eſt decretum 1. F. 1. §. 1. *antiquiſſimo tempore ſic erat in dominorum poteſtate, ut, QVANDO VELLENT, poſſent feudum* auferre: *poſtea per ANNVM nacta firmitatem: deinde ſtatutum per DIES VITAE: tum ad filios: demum ad fratres: tandem ad omnes, qui a primo deſcendunt acquirente.*

(f) Nam patre uaſallo demortuo, feudum rediit ad dominum. Qui non niſi ex noua gratia illud *filio* reddidit, id eſt, *inueſtitura.* Quapropter in arbitratu tum fuerat domini ſolius, quem ex filiis uellet eligere et definire uaſallum. Quod habetur in decreto *1. F. 1. §. 2.*

(g) Inſtar alius *officialis demortui.* Cuius filius mox properat ad rogandum a domino munus paternum. Cui probe conſtat, ei nihil iuris in illo ſupereſſe, niſi dominus eundem uocet inauguretque ad ſpartam, morte uacuam parentis. Plenius ea de re *dn. praeſ.* in *notulis Bitſchianis.*

(h) Hodie enim *modi duo* ſunt feudum acquirendi. *Vnus* INVESTITVRA in feudo nouo: *alter* SVCCESSIONE in feudo antiquo. Quod decreta indulgent 1. F. 1. §. 4. atque 2. F. 74. Et licet neque hodie feuda *primi generis*, per ſolam inueſtituram ſuſcipienda, deſint: ſunt tamen nunc *pacti*, quae olim iuris; ſunt *impropria*, quae olim uere *propria*. De quo 2. F. 81.

(i) Videri namque poterat in *feudo*, per *ſucceſſionem* delato, *inueſtitura* porro opus non fore. Licet autem iuſſerit dominus *renouationem* eius etiam tunc: cauſa tamen querelarum manſit. Quod in *feudis ſucceſſiuis* uaſalli ne quidem operae pretium habeant, rogare a domino, quod iam acceperint ſucceſſione. Plures eorum ſchedulam mittere domino, qua ſe profiteantur uaſallos, incurii poſt de

ſito,

ſito, ob hanc cauſam, *indulto* (k).

§. 4. Licet uero modus ille, feudum ſucceſſione acquirendi ſit admodum uetuſtus: obfuit tamen aliud etiam poſtea *indultis*. Nam quondam *uaſallos* oportuerat feuda renouare per *inueſtituram* die illo, quo ab uniuerſis praeſtari ſolebat *homagium* (l). Atque hunc cum nemo excuſare, deprecari, prorogare poſſet: ideo factum eſt, ut abſens ha-

*Alia cauſa, quod olim omnium ordinum S. R. I.* una inueſtitura *tantum, non*

ipſius inueſtiturae renouatione. Nouiſſima querela eſt curiae Saxonicae an. 1691. apud HORNIVM cap. 17. §. 16. daß viele ſich bißhero unterfangen, ihre Lehen, durch bloſſe eingeſchickte ſupplicationes zu ſuchen und darüber ſtracks Muthzettel und Lehen-brieffe zu bitten. Oder auch, daß ſie die ſupplicata eingeſchicket, nichts weiter gethan und wohl Jahre hin die Lehens-empfangung negligiret. Auch weder in Perſon, noch durch Gevollmächtigte ſich deswegen angegeben. Noch indult geſuchet. Das ſolle hiemit gäntzlich abgeſchaffet und verbothen ſeyn. Sondern welcher die gewöhnliche Jahres-friſt ſo hinſtreichen läßt oder nicht INDVLT erhalten, ob er ſchon NB. ſupplicando einkommen, ſolle der Lehen verluſtigt ſeyn. Es wäre dann daß er Zeugnüß habe ſeiner gebrauchten VIGILANZ. Vnde dari hoc caſu etiam ſolent *uigilanz* ſchein, quae ſchedae eiusdum generis mit den *Recognitions*-ſcheinen, de quibus *cap. 2. §. 4. litt u.*

(k) Nam his *litteris moratoriis* uaſallos ſecuros eſſe aduerſus *neglectum requiſitae inueſtiturae*, dictum *cap. 2. §. 2. litt. i.* Imo in imperii feudis nil eſt frequentius, quam ut INDVLTA *uicies* ac *tricies* repetantur obtineanturque.

(l) Quod facile ad probandum credendumque. Nam *primo* nexus *fidelitatis* et ſubiectionis, poſtquam factus eſſet ſucceſſiuus, uterque coepit inuicem commiſceri. *Deinde* cum *naſcerentur* uaſalli, dominus porro uti non potuit aliquo *delectu*, qui factus fuerat olim in ſingulari cuiusque inauguratione. *Poſt* cum doctrina in mores iuiſſet, praeſertim apud Germanos, omnem *uaſallum* etiam eſſe *ſubditum*, neque *uaſalli* declinare potuerunt uere ſic dictum *homagium*. Quo praeſtito, nouo uaſallagio iam non opus eſſe uidebatur. *Praeterea*, quando illud uerum eſt, *nobilium feuda* eo fuiſſe allodia, usque dominis in *feudum* offerrentur; noluerunt forte ritus inaugurationis mutare, ne, quod eorundem fuerat iure hereditario, iam haberi inciperet inſtar *beneficii*, quod a domino proueniret. Igitur *homagiali actu* domini acquieuerunt, ne *inueſtiturae* offenderet ratio et

 bere-

*cuique peculiaris.*

beretur pro *praeſenti* et *iura* reponerent, quae *facto* neglecta eſſe uidebantur (m). Id quod uerum eſt tam in *prouincialibus* feudis (n), quam *imperialibus* (o). Eo ergo usque exularunt utrimque *indulta*. Poſt uero, quam *actus homagii* a *uaſallagio* diſtinguerentur (p) expetereturque ultimum a ſingulis ſigillatim, tum demum fieri potuit, ut ueniam ro-

nouitas. *Tandem* cum in ipſo etiam *homagio* aliquid haberet peculiare *nobilitas*, ſcilicet *oſcula* manuum domini: hoc ritu gauiſi ſunt plures eorum inſtar inueſtiturae.

(m) Nam licet *ſubditus* aut *ciuis* eo die actuque, quo praeſtari ſolet homagium, ſit abſens, itinere, ualetudine, cauſa alia ei intereſſe impeditus: non tamen ideo ſigillatim deinceps uel in ius uocatur uel exigitur ab ipſo praeſtatio formulae homagialis.

(n) Quoniam pleraque *prouinciarum* Germaniae feuda ſunt *oblata*, id eſt, ante *allodia* fuere, quam principi in *feudum offerrentur*. Qua de metamorphoſi eo minus dubitare licet: quo certius eſt, quod ſcripſere ueteres iureconſulti, in iisque Lerchius et Beſoldus, ante tria fere ſecula neſciuiſſe Germaniam tot fundos clientelares. Imo *Pomeraniae* et *Meklenburgica* nobilitas ante clientelaris non fuit, quam, tempore *Caroli IV*, nobiles incolae ducibus ſuis *clientelares* fierent, ad illorum quidem exemplum, qui tum principio ſpoſponderunt Germanico imperatori imperioque clientelam.

(o) Docet me hoc *medii aeui* notitia. Nam ad *Rudolfi I.* tempora usque obſeruo, *inueſtituras* ſimul fuctas fuiſſe in *comitiis*, electionis ergo inſtitutis, easque impertitas fuiſſe ordinibus uniuerſis. Inſtar actus homagialis, einer Landeshuldigung. Quod ante me etiam uiderunt LEHMANN. *lib. 2. chron. Spir. c. 39.* atque ITTERVS *de feud. imp. cap. 9. §. 31.* Quod uero ab his moribus fuerit diſceſſum atque *inueſtiturae* a ſingulis principibus requiſitae ſigillatim, illud quidem factum eſſe puto ideo, quoniam *electiones* Caeſarum ſibi, aliis ordinibus excluſis, ſoli adrogarunt archiprincipes *ſeptemuiri*. Vt adeo fieri non poſſet, ut, illis abſentibus, imperator uno eodemque actu ac die inueſtiret proceres uniuerſos. Hac ergo occaſione factum, ut ſinguli ordines requirerent ab imperatore inueſtituram ſigillatim atque tempore locoque diuerſis. Vnde etiam *litterae clientelares* (Lehenbrieffe) ſcribi coeperunt in renouatione inueſtiturae: quae neſcit fere Germania ante tempora *Ludouici Bauari* imperatoris.

(p) Scilicet *homagium* ſolis relinqueretur imperialibus ciuitatibus; cuique *ua-*

garet,

garet uaſallus peteretque termini prorogationem (p). Licet tum quoque eo rarius, ubi renouatione non *utrobique*, et domino et uaſallo mutatis, opus fuit, ſed tantum in caſu *alterutro* (q).

*ſallorum* imperii actu deſtinato inueſtiturae peculiari. Quod contigit mox poſt tempora interregni. Quando enim antea quoque ſingularium inueſtiturarum mentio occurrit *Henrici* ſuperbi, leonis, *Ottocari:* illud quidem factum fuerat ideo, quoniam hi ab actu electionis abfuere non ſolum, uerum etiam electo imperatori ſtudia ſua obmouerunt. Vt adeo non regulam faciant, ſed exceptionem, regulae firmatoriam.

(p) Quamuis principio uix terminus *unius anni* ſpatio uidetur definitus fuiſſe. Cum plura exempla offendamus inueſtiturarum, ab imperii principibus ſerius longe ſuſceptarum. Neque tamen ueſtigium adpareat, requiſiti tum indulti.

(q) In POMERANIAE et SILESIAE feudis illud reperi, quod renouatio inueſtiturae ibi facta olim non fuerit, niſi *domino*, id eſt, *principe* mutato. Idque ideo, quoniam, uaſallorum intuitu, feuda *ſucceſsione* acquirerentur a deſcendentibus primi acquirentis, ipſo iure, quibus etiam in *formula clientelari*, dir und deinen Leibes-Erben, iam proſpectum, ut nulla opus eſſe uideretur renouatione. Idem forte obtinuit aliquando in feudis imperii. Quoniam ante Ludouici IV. tempora *litterae clientelares* in feudis antiquis ſunt rariſſimae. Contra alii crediderunt, neque renouatione inueſtiturae opus fore mutato *domino*. Quoniam *uaſallus* non huic tantum, ſed *omnibus ſucceſſoribus* eius, fidem addicat clientelarem. Vt, ne quidem in *electitiis* imperiis & principatibus utilitas oſtendi poſſit alicuius renouationis. Atque hoc lumine colluſtrari debent ea, quae habet SCHIKFVSIVS *de feudis Sileſ. cap. 18.* §. *13.* ubi inquit: *In* SILESIA *et quidem in ducatu* Vratislauienſi *plane alia eſt ratio. In quo illud obtinet, quod* HENELIVS, in Sileſiograph. c. 6. *nobis reliquit. Eam nimirum plerorumque in Sileſia feudorum eſſe rationem, ut neque* heredes *uaſalli a* domino, *neque* uaſallus *ab herede* domini, renouationem *feudi petere aut accipere cogatur.* Exempla *peti poſſunt ex plurimis praediis et dynaſtiis, quae pro feudis habita, neque tamen ulla eorundem facta eſt renouatio inueſtiturae.* Subiicit auctor prolixam ea de re diſputationem: *utrum omiſsio renouationis inueſtiturae arguat, rem non eſſe feudalem?* Quam nos, ob plurima iuris momenta ADPENDICIS loco dabimus in *litt. A.* Ceterum teſtatur quoque *Thomas* CRAGIVS *lib. II. dieg. 12. p. 223.* quod exularint quondam in *Angliae* et *Scotiae* regnis inueſtiturarum re-

§. 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0019-2

Conſectaria §. 5. Atque haec uera *indultorum cauſa* et *origo*, nulli tradita adhuc (r)· Vnde patent iterum plurima, ignorata interpretibus uulgaribus. Scilicet *inueſtitura* his moribus non *conferri* feudum, ſed tantummodo *firmari*. Idque in *feudis* tam *prouincialibus*, den Landſaßigen Lehen/ uerum eſſe (s): quam in *imperialibus*, denen Reichs-Lehen (t). Vtrinque certe *uaſallus*, ex ſuccesſione dominus, feudum ante adprehendit, posſidet, homagium a ſubditis, uaſallagium a ſubuaſallis exigit, quam ei collata *inueſtitura* (u).

nouationes, tantum abeſſe, ut quis ideo poſſit feudo priuari. *Renouatio*, inquit, *apud nos non necesſitatis, ſed uoluntatis tantum. Neque enim dominus cogitur ad eam dandam: neque uaſallus ad ſuſcipiendam. Fit ergo utriusque bona pace. Nam mitiora nobis ſemper placuerunt.*

(r) Licet potisſima *iurium* momenta pendeant ex eorundem rationibus cauſisque.

(s) Mortuo enim deceſſore *landſasſii* nobiles pariter adprehendunt feudum ac praedium; homagio adligant ſubditos ruricolas; preces pro illis fundunt coetus in templis; utuntur fruunturque praedio eiusque iuribus ante pleniſſime, quam a domino, id eſt principe ſuo, renouatione inueſtiturae inaugurentur. Adeo ut hac neque opus eſſe uideatur in quibusdam prouinciis.

(t) Nam in feudis imperii eius doctrinae plura eaque luculentiſſima indicia. *Primo* homagium ante praeſtatur principibus in prouincia, quam renouatio inueſtiturae requiritur in curia imperiali. *Deinde*, deceſſore mortuo, ſucceſſor illico adprehendit regitque principatum agnoſciturque ab imperatore imperioque princeps, nulla licet inaugurationis ceremonia inueſtitus. *Porro* in negotiis rerum, etiam foris gerendarum, nulla principi ideo ſtatus controuerſia mouetur. Sedet ſuffragaturque in comitiis, *renouatione* licet nondum requiſita. Cui concinit A. B. quae ſuccesſionis mentionem facit, ipſo iure deuolutae ad primogenitum *tit.* 7. §. 1. Muta uero eſt de renouatione feudi, ante requirenda. Agnoſcunt hoc etiam REINKING *de reg. ſecul. l. 4. 16. n. 58.* ITTER *cap. 9. de feud. §. 26.* GIPHANIVS *de feud. c. IV. n. 23.* qui domum *Saxonicam* excipit idque ideo, quoniam ad leges adligata ſit *coniunctae* manus, ut adeo dici nequeat, ſanguine deferri, quod defertur per *coniunctae manus inueſtituram*. Quam rationem adſequi non potuit ITTERUS, qui *cap. XI. §. 3.* fruſtraque ideo conuellit Giphanium.

(u) Diſputant uulgo, an *princeps* ante

§. 6.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0020-4

§. 6. Rem illuſtrare liceat exemplis. *Publica* munera hodieque feudis ſunt quam ſimillima. Mortuo igitur *officiali*, ante ſuccedere nequit ſucceſſor, quam de eo ſit rite inauguratus. In Gallia uero aut in aliis locis, ubi *munera* ſunt *hereditaria*, nundinatoria et mercenaria, heredes eo defunguntur usque uacuo munere, quousque a domino uel neglectus uel alius rei cauſa eius ſucceſſione priuantur (x). Idem iuris eſt in Erbcompagnien (y)/ Erbſchultzen gerichten (z)/ Blut-Vicarien (zz) et quae ſunt generis eiusdem.

*Exemplis munerum ciuilium et militarium.*

## CAP. IV.
# *De TERMINO annuo petendi indulti.*

§. I. NE autem dominus omnino inſcius eſſet uaſalli ſucceſſoris, placuit legislatori inueſtiturae etiam *reno-*

*Renouationis indulto opus alibi*

urgere poſſit a ſuis *landſaſſiis* feudi *renouationem;* quam ipſe eandem ſuſceperis ab imperatore. Sed fruſtra dubitant aliqui. Nam *landſaſſica* feuda acceſſoria iura territorii ſunt, quae *ipſo iure* transferuntur in ſucceſſorem. Deinde inter *ſubditi* officia et *uaſalli* hoc caſu nihil intereſt. Poſt landſaſſiis *annuum* ſpatium praeſcriptum; ſed principibus imperii indulgetur *biennium* REGIM. *Rec. imp. Wormat. 1521. §. 4.* und behalten uns ꝛc. cetera.

(x) Niſi aliud quidem conuentum ſit ſigillatim. Vt de quibusdam tantum Galliae *muneribus emtitiis* adfirmant.

(y) Licet enim perſonae hic induſtria maximopere requiratur: ſolet tamen adminiſtratio tum committi uicariis.

(z) Nam *iudiciaria munera* plura conferri ſolent *inueſtitura* uere clientelari. Exemplo *burggrauii Magdeburgici* eiusque uicarii *ſculteti*. Idque uel iure perſonali uel *gentilitio*. Quo ultimo caſu ſucceditur ipſo iure.

(zz) Etiam *canonicatus* in ſacris collegiis offendi *gentilitios*. Qualem olim nobilis familia de B. habuit in M. archiepiſcopatu. Memini etiam *uicarii muneris* gentilitii *canonicorum*. Quod cum *ſanguine* transferretur, audiit eine Blutvicarie, Erbvicarie, Geſchlechtsvicarie.

*domino, alibi uaſallo mutato, alibi utrobiq;.*

uatio. Vtroque caſu, ſiue *domino* mutato ſiue *uaſallo*. Licet plures ſint, qui renouationem tantum rogent in alterutro (aa).

*Tempus alibi annus.*

*Cauſae.*

*XL. dies.*

§. 2. Ideo etiam, ne in nimio peccarent uaſalli, moras trahendo, inueſtiturae certum tempus eſt ſtatutum. Spatium ſcilicet *annuum* (bb). Neque ſine cauſa. Hoc enim commendare uidebantur cum ratio ſeruitiorum (cc) tum fructuum (dd), tum etiam feudi, olim *annui*, repetitio (ee), etiam luctui deſtinatum tempus (ff), cetera. Aliis poſtea contractum hoc ſpatium breuiorique limite definitum (gg).

(aa) De quod inſtituto diximus *cap. III. §. 4. litt. g.*

(bb) In quo tempore omnia decreta *Longobardica* aeque ac *Saxonica* et *Alemannica* conueniunt, licet in numeris differant adpendicis dierum. Quod dictum doctumque *cap. III. § 1. litt. a. b. c.*

(cc) Quemadmodum enim *ſalaria militum* quondam definita annuis expeditionibus, auf eine oder mehr campagnen oder Feldzüge, ne, qui aeſtatem in caſtris et acie exegit, deinde careret hybernis: ita pariter iniquum fuerat, uaſallum dimittere ante annum, ob cauſas eaſdem.

(dd) Haec cauſa tum locum habet, ubi feudum non in aere conſtituitur, ſed in fundo. Ubi aequitas uult, ut meſſem habeat, qui ſparſit ſemen.

(ee) Poſt enim, quam feuda deſierunt eſſe precaria, *annua* fuerunt minimum. Quod docet decretum *1. F. I. § 2.* Cauſa in praecedentibus cum in *ſeruitiorum*, tum in *fructuum* rationibus requiſita.

(ff) Das Trauerjahr. Ne ſcilicet *dolori*, ex morte patris ferendo, inconcinna eſſet *inueſtiturae* feſtiuitas, ſolennitas, decus et gaudia.

(gg) Neque immerito. Poſtquam ſcilicet annus luctus contractus, ipſo iure utitur fruiturque feudo ſucceſſor et inueſtiturae renouatio inter ſacra tantummodo *ceremoniarum*. Aliam cauſam, quod hodie ob neglectum *renouationis*, nemo feudo priuetur, habet SCHILTER *ad ius Alem. c. 45.* Inde Galli exigunt a uaſallis inueſtiturae ſuſceptionem poſt XL. DIES, a morte numerando deceſſoris FORNERIUS *comment. de feud. inueſt.* Contra TRES MENSES definiuntur uaſallo ab ordinibus DRENTHIAE, de quo Gerh. FELTMANNUS *de feud. cap. XI. §. 3.*

§. 3. Il-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0022-5

*De adpendicie anni 1) diei, 2) menſis, 3) ſex hebdomadum et trium dierum.*

§. 3. Illud uero crucem adhuc fixit iureconſultis, quare in aliis inſtitutis *anni* (hh), in aliis *anni* et *diei* (ii), in aliis iterum *anni* et *menſis* (kk), in nonnullis *anni et ſex hebdomadum* (ll) *et trium* dierum (mm) mentio fiat habeanturque hi termini pro legitimis. Verum, noſtra opinione, primi annum numerarunt *indulgentius*, non a momento ad momentum (nn): ultimi uero intellexerunt facile, poſt *unius anni* lapſum, opus eſſe domino, ut uaſallum de feudi priuatione uocet in ius (oo). Hoc uero *tribus* uicibus debuerat fieri atque ſingulis tribui XIV. dies cum *uno*, qui, licet ſit termini, in terminum non computatur (pp). Calculum itaque ſi ita ſubduxeris, habebis *ſex heb-*

*Conciliatio horum.*

(hh) Alii enim incuſarunt hic *antinomias*, alii diſtinxere inter *uaſallos*, alii inter ipſa *feuda*. Nullus fuit, qui cauſam dare ſciret *adpendicis dierum* huius anni. Poſtquam coniecturas meas aperueram, uidi, etiam habuiſſe easdem quoque ante me SCHILTERUM *comment. iuris Aleman. cap. 15 § 4. 5.*

(ii) Quod repetitur tribus in locis *2. F 24. pr.* atque *2. F. 40.* ut et *2. F. 52. § 3.* Quia *annus et dies* modus loquendi Germanis inſtar prouerbii.

(kk) Quod militi datur, ut intra *annum* et *menſem* inueſtituram ſuſcipiat *F. 22.*

(ll) Ita in iure Alemann. *cap. 50. § 1.*

(mm) Quae adiectio *fori* eſt et *uſus forenſis*.

(nn) Imitatio Germanorum, qui *annuo ſpatio*, ſi quid pollicentur, formula utuntur in Jahr und Tag. Er hat Jahr und Tag ſich mit ihr geſchleppet. Vnde uulgi ſermone apud Germanos, quales Longobardi, intra *annum et diem*, de qua formula *anni et diei* agit amplo adparatu du FRESNE *h. u.* Similiter Romani eum, cui *duorum* menſium poſitus eſt terminus, audire nihilominus etiam iubent *primo die* poſt, id eſt, poſt duos menſes et *diem*, uti habetur in *l. 101. ff. de R. I.*

(oo) Quia feudo ante non priuatur uaſallus, quam cognitio praeceſſerit cauſae priuatoriae.

(pp) Cum SCHILTERUS idem ſentiat nobiſcum, placet noſtra uerbis illius colluſtrare. Ita autem ad *cap XV. iuris Alem p. 141.* diſſerit: *Quid per* annum *et* diem *intelligatur, explicat ius* ALEMANNICUM cap. 50. Die Jahrzahl zu Lehen iſt ein Jahr und 6. Wochen. et SAXON. *feud. c. 25.* ſo mannig Jahrzahl iſt binnen 6. Wochen und ein Jahr. Quibus uſus fori adiecit 3. dies. *Idque ex communis citationis peremptodum*

*domadas* et *tres dies*, id eſt, ſpatium ad priuatoriam ſententiam neceſſarium (qq). Quod lumen affundi debet tenebris hac in re iureconſultorum.

*Indulto ſtatutus* annus *non hebdomades ſex, quae tempora proceſſus.*

§. 4. Atque ad hoc demum tempus adſtricta eſt petitio ad petendum *indultum.* Licet impenſarum reus ſit, qui ultra ſpatium *annuum* abutitur reſiduo *ſex hebdomadum* et *trium dierum* (rr).

*riae interuallis, quae* TRIBUS *edictis conſtat* (uti iure Romano l. 68. de iud.) iure inprimis Teutonico. *Quorum quodlibet habet 14. dies*, id eſt, duas hebdomadas, *et diem 15. qui uenit, intra terminum ueniſſe uidetur.* Quod uero hoc tempus *XIV. dierum tribus* uicibus repetatur in hoc proceſſu, etiam docuit Caſp. SCHMIDIUS *ad tit. 12. iur. Proc. art. 5. n. 4.* his uerbis: *Judex debet conſtituere terminum iuridicum* einen Gerichts-Termin (ſiue, ob moram in renouando, dominus agat ſiue uaſallus) *qui pleramque eſt* XIV. DIERUM *ſoletque ter repeti. Aut etiam* MENSIS UNIUS. De formulis zum erſten/ andern und dritten mahl agunt interpretes ad ius SAX. *feud. cap. 22* Et quae ſequuntur deinceps. Neque forte abs re eſt, quod addit CRAGIUS *de feud. Scot. lib. 2 dieg. 12. de feudi renouatione*, cuius uerba ſunt: *Dies additur anno, ut omnes moleſtae quaeſtiones de anni tempore tollantur.*

(qq) Scilicet in aliis curiis feudalibus inſtitutum, ut *prima* citatio ſit ſimplex; *altera* ſub poena *confeſſi* et *conuicti*; *tertia* ad audiendam *ſententiam.* Quod cum ita ſit, *elapſo* ſtatim *anno*, dominus agere poteſt aduerſus neglectum uaſalli neque eum oportet expectare temp9 *ſex hebdomadum* et *trium dierum*, intra quod potius finiri debet hic militaris proceſſus, quam demum inchoari. Atque hoc ſenſu forte intelligendi, qui ob neglectam inueſtituram feudum amitti uolunt ipſo iure tempore *ſex hebdomadum* et *trium dierum* elapſo. De quo dubitat TORNOU. *c. 2. ſect. ult.* §. *41.*

(rr) In notula praecedenti ſub *litt. qq.* ea de re dictum ſcriptumque. Et, ſi forte hodie in curiis quibusdam uſus forenſis aduerſus ſit noſtrae doctrinae: multa tamen fieri hic et peccari ſolent ex genuinae rationis, qua leges ſunt latae, ignoratione. His igitur curiis tum meliores ſunt illae, quae, reiectis *ſex hebdomadibus tribusque* diebus, permanent in hoc limite in ſpatio uulgari *anni unius et diei.* Quod fere extra SAXONIAM fit. Nam de AUSTRIACIS inſtitutis teſtantur reſcripta apud GUARIENTIUM *codicis Auſtriac. part. 1 p. 773. 778* Sollen alle Lehens-Leute ihre Lehen inner Jahr und Tag gewiß und or-

§. 5. Diſquirunt uulgo interpretes: *utrum dominus hoc tempus poſſit contrahere?* Deſtituuntur adhuc cauſa ad decidendum idonea. Olim ſane domini erat fauor, ſi ante unius anni lapſum clientem feudo donare uoluerat eoque illum inueſtire, id eſt, ponere eum extra aleam incertae ſpei (ss), unde rationes ſuppeditamus illis, qui hoc domino largiuntur: ſed uero cum ipſo iure nunc uaſallus in feudo ſuccedat eiusque interſit quandoque, ne intempeſtiue aut tempore immaturo ad ſuſcipiendam inueſti- *Vtrum tempus poſſit* CONTRAHI?

dentlich erſuchen und empfahen, noch zu einer Fälligkeit Anlaß geben. An. 1657. De BAVARICIS idem *Gaſp.* SCHMIDIVS *ad tit. 12. LL. Boioar. art. 5. et 6. n. 14.* De MAGDEBURGICIS olim pariter Polic. Ordn. *cap. 8. §. 1.* Die Lehen binnen Jahr und Tag (wo nicht bey gewiſſen Lehenſtücken eine kürtzere Zeit verglichen und herbracht) zu ſuchen oblieget. Verum anno demum 1706. additae ſunt ſex hebdomades et tres dies. In RESCRIPTO, quod *part. 3. num. 185.* habetur in *codice iuris Magdeb.* his uerbis: Wir haben uns vortragen laſſen, was maſſen ihr inſtruiret zu ſeyn verlanget, wie Jahr und Tag dißfalls zu verſtehen. Dieſem nach ordnen wir: daß das fatale die Lehen zu ſuchen auf ein Jahr ſechs Wochen und drey Tage gerechnet werden ſolle. Cöln den 27. Mart. 1796. Sed cum *anni* et *diei* terminus etiam illis ſit ſtatutus, qui feudum uel alienant uel oppignorant, ad petendum ac impetrandum domini conſenſum, quaeri poſſet, an etiam hic locus prolationi *ſex hebdomadum* et *trium dierum?* Dubitare aliquis poſſet. Idque ideo, quoniam hic adpendix iuris forte derogatorii adeoque a caſu ad caſum non protrahendus. Ipſum reſcriptum in CODICE IVRIS MAGDEB. extat *part. 3. n. 203.* an. 1709. conceptum. Taceo ſtatuta alia, quae moribus uiuunt antiquis.

(ss) Atque haec ratio eſt iuris SAXONICI feud. *cap. 22.* ubi clare dicitur, poſſe dominum inuito uaſallo, ante *annuum ſpatium* requirere uaſallum, ad *renouandam inueſtituram* adeoque tempus, legitimum alias, *frangere*, *interrumpere*, *breuiare*, contrahere. Verba ſunt haec: biethet der Herr dem Manne ſein Gut, er ſolle es zu ſtund empfangen oder er verſäumet ſich daran. Dann der Lehn-Herr bricht ihme ſeine Jahrzahl, darinnen er ſonſt das Gut empfangen ſolle, mit dem anbiethen. Inde communis interpretum ſententia, Saxonico iure dominum contrahere poſſe tempus ad ſuſcipiendam inueſtituram: contra nefas hoc



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0025-1

turam eiusque impenſas adigatur, omnino negamus, domino dari, ut annuum ſpatium queat hic anteuertere (tt).

*Vtrum tempus poſſit* PROFERRI?

§. 6. Etiam, *an dominus poſſit proferre tempus?* ſolet diſputari. Olim ex alia id negari debuit cauſa, quoniam uaſallus eo caruit usque feudo, quam eidem proſpectum eſſet inueſtitura. Quapropter huius omnino intererat, renouationem ultra tempus legitimum non differri. Sed cum hodie beneficiario feudum obueniat ſucceſſione, mora haec porro ei non uidetur obeſſe (uu). Verum enim uero, cum nihilominus poſſit uaſalli intereſſe, ſuſcipi ab eo *inueſtituram*; ut forte creditoribus, uxori, aliis, quorum intereſt, innoteſcat, ſe agnoſci a domino feudi poſſeſſorem legitimum: ideo dominus omnino cogi poteſt, ne moras nectat, ſed conferat uaſallo poſt *anni* et *diei* ſpatia

eſſe domino iure Longobardico. Ita SCHRADER *part. 6. c. 2. n. 6.* VVLTEIVS *lib. 1. c. 7. n. 62.* Sed, me iudice, tempora hic ſunt diſtinguenda. Nam olim, ubi acquiſitio feudi fiebat ſola *inueſtitura*, non poterat non dici, dominum arctare poſſe ſpatium annuum: quod hodie ceſſat, ubi feuda etiam acquiri poſſunt *ſucceſsione*.

(tt) Nam poſtquam his moribus hodie uiuamus, ut feuda deferantur ſucceſsione, uaſalli non intereſt, ſpatium annuum in renouatione inueſtiturae anteuerti. Poteſt autem ei damno eſſe, ſi tempus hoc limitibus circumſcribatur iuſto anguſtioribus. Hodie praeſertim, ubi inueſtiturae non fiunt gratis, ſed propoſito ad ſoluendum laudemio. Quod ante numerari et numeratio doceri debet apocha, quam admittatur uaſallus ad fiduciariam inaugurationem. Poteſt etiam alia ſubeſſe cauſa, quare malit uaſallus, tempus expectari, quam praecidi et anteuerti. Atque hoc rerum ſtatu utique dicendum, quod in diem debeatur, ante diem peti non poſſe, inuito debitore *l. obligationem 44. §. 1. ff. de O. et A.* Hoc lumen adfundi debet ſententiae illorum, qui negant, in domini arbitratu eſſe, hunc limitem ſtatuere arctiorem LVDWELL *tract. 3. de renou. inueſt. cap. 3.* SCHULZ. *ſyn. feud. cap. 9. n. 67.*

(uu) Quae cauſa eſt, quare in hac *definitione* alii doctores haereant, alii decidant titubanter.

inue-

inueſtituram (xx). Neque excuſabitur forte, ſi allegauerit dilatae inueſtiturae cauſas, quoniam ipſe feudum in ius ſit uocaturus (yy). Poteſt enim hac formula, quod requirit, ſeruare: *ſaluo iure noſtro et cuiusuis alius.*

## CAP. V.

## *De cauſis indultorum.*

§. 1. QUo autem illudere domino nequeat uaſallus moramque nectere ſuſcipiendae inueſtiturae aeternam, ſub inani ſchemate *petititi indulti* *Cauſas rogandi indulta.*

(xx) Quod etiam explicant BOCERVS *de inueſtit. c. 5. n. 9.* STRVVIVS *cap. 10. §. 7. n. 3.* Vbi illud porro eſt ſingulare, quod, licet MECKLENBVRGICA feuda ſucceſſionem non dent ſimultaneo ritu inueſtitis uaſallis, niſi filiae defuncti, quibus feudi uſusfructus debetur, ſint demortuae: non tamen ideo uel *domino* integrum eſt uel *uaſallis*, inueſtiturae renouandae tempus uel negligere uel protrahere iuſto longius.

(yy) Caſum *reſpondi* ante plures annos. Diſtulerat *ordo equeſtris Sonnenburgenſis*, S. Ioanni ſacer, uaſallo conferre inueſtituram. Idque hoc tegumento. Quia ſufficeret ei, quod petierit inueſtituram durch die Lehensſinnung: deinde acceperit den Muthſchein oder recognitionsſchein. Vt adeo argui non poſſet neglectus. Et tamen in feudo ipſo iure ſucceſſiſſet. Mora haec ſuſpecta eſt uiſa clienti de Ludewiger, inde formula actionis impetiit dominum: ihn ferner über die in rechten geſetzte Zeit mit der Beleihung nicht aufzuhalten, ſondern demſelben ſolche forderſamſt zuertheilen. Qui etiam fuit tenor ſententiae, adiecta formula: jedoch bliebe der Lehens-curie ihres auf das Lehen formirenden Anſpruches halben, ohnbenommen, ſich desfalls, durch die ſonſten gewöhnliche Clauſel, iedoch uns und iedermänniglich ohnbeſchadet, zu verwahren. Quamuis enim non opus eſſet, uaſallum docere cauſam, quare ferre nollet moram ulteriorem: adlegauit tamen plures in libello: er würde allenthalben blamiret, als wenn das Gut nicht ſein wäre, weil er keinen Lehen-brieff darüber vorweiſen könte. Er könte ſolchen falls kein anlehen auf das Gut bekommen; ſein Eheweib vermeinte auch dieſer wegen ſo wohl ihres Leibgedinges, Wittums, auch ihres eingebrachten halben, nicht geſichert zu ſeyn.

Illud

illud etiam dicendum eſt, quod petendae prorogationis adlegandae ſint idoneae cauſae (zz).

*Male commiſcentur cum illis, quae* ipſo iure *excuſant.*

§. 2. Licet uero hae in iure communi, indultorum ignaro (a†), definitae non ſint: confundi tamen cum his plerumque ſolent illae, ob quas aliquis excuſatur, renouationem feudi a domino uel requirere uel ſuſcipere (b†).

*Inde confuſio* iuſtitiae *et* indulgentiae.

§. 3. Verum hoc ideo dari non poteſt. Quoniam per illas cauſas ipſo iure tutus eſt uaſallus, quin arguatur inueſtiturae neglectae (c†), ut adeo tum opus non ſit, requirere a domino *indultum*, niſi opera uelit uti ſuperflua (d†).

(zz) Loquitur hic *ſanctio pragmatica* imperii noſtri in *R. I.* WORMAT. an. 1521. §. 4. de regimento: und behalten uns bevor die Belehnung der Fahnlehen etc. Und ſollen unſer Statthalter und Regiment aus redlichen Urſachen ſolcher Empfangnuß noch ein Jahr Indult und Erſtreckung zu geben Macht haben.

(a†) Quod dictum doctumque ſupra *cap. 3. §. 1.*

(b†) Speciminis loco eſſe poteſt RECESS. Wolgaſt. 1663. apud TORNOVIVM *cap. 2. ſect. 4. §. 39. p. 378.* qui hunc peccat errorem pariter. Wenn auch die von Prälaten und der Ritterſchafft dilation geſuchet, iſt dieſelbe, ſo weit dergleichen Indult und Aufſchub denen gemeinen Lehnrechten gemäß ſeyn würde (Sed haec nil de indultis, uerum de cauſis, ob quas uaſallus excuſatur ab inueſtitura roganda et accipienda) eingeräumet. Doch alſo, daß die, ſo unvermeidlich abgehalten worden, ſo bald ſie der impedimenten erlaſſen, die Pflicht abſtatten ſollen.

(c†) Scilicet decretum clientelare *1. F. 22.* ita ſe habet: *ſancimus, ut inueſtituram petat uaſallus. Niſi iuſta* cauſa *interuenerit, quare non petierit. Veluti 1) mortis 2) inimicitiae 3) infantia 4) abſentia.* His igitur caſibus et qui ſimiles ſunt, non opus eſt uaſallo ad petendum *indultum.* Quia ſecurus eſt a poena, amittendi feudum, ob inueſtituram neglectam, ipſo iure. Vnde iuſto largior eſt HORNIVS *cap. 17. §. 17.* quando ait: *omnis cauſa, quae a mora excuſat, ueniam etiam meretur ob omiſſam renouationem.* Cum uaſalli potius officium ſit, ut ſibi proſpiciat rogatione INDVLTI feudalis, ſi cauſa decreto *1. F. 22.* eſt leuior. Ne incurrat in poenam.

(d†) Quam enim eſſet ridiculum, pe-

§. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0028-8

§. 4. Deinde haec doctrina eum domino ſuggerit rigorem, quaſi iure negaret indultum uaſallo, niſi cauſam adlegare poſſet, in legibus determinatam. Vnde facile eſſet eidem, ad indulti rogationes negandas et depellendas (e†). *Peccat rigore dominus.*

§. 5. Illud ergo uerum eſt, pertinere cauſas petendi dandique indulta inter iudicis quaeſtiones uere arbitrarias (f†). Quo ipſo tamen indulgentiorem facilioremque hic eſſe oportet dominum, ſi animo ſecum reputet expendatque: feuda hodie conferri ſucceſſione (g†); olim in hoc genere feudorum nulla opus fuiſſe inueſtiturae alicuius renouatione [h†]; in multis prouinciis eam negligi adhuc (i†); obligationem uaſalli ipſo iure, inſtar acceſſorii, deuolui in ſucceſſorem (k†); neque amitti hodie *Suaſoria ad dandum indulta.*

sere *indultum* pro 1) infante, 2) a domino hoſte et inimico, 3) a domino abſente, cetera. Atqui hae cauſae ſunt, quae ab inueſtiturae rogatione excuſant ipſo iure.

(e†) Plura enim ſunt, quae indultum merentur, licet uaſallum non liberent ab obligatione ad petendam inueſtituram. Exemplis res erit clarior. Deſunt uaſallo numi, quibus ſoluat laudemium; tempeſtas ei eſt incommoda ad ſuſcipiendum iter; deſunt maiorum litterae clientelares, er kan die alte Lehn-Brieffe noch nicht habhafft werden; ſpem concipit fore dodominum in futuris litteris clientelaribus largiorem, er hoffet, noch etwas zu ſeinem Vortheil in den Lehenbrieff zu bringen; proſpicit futura de domino merita indeque cauſas ad feudi incrementa et centum alia generis eiusdem. Quae dominum permouere poſſunt ad indultum; necquicquam uero excuſant uaſallum ab obligatione ad rogandam inueſtituram.

(f†) Quibus adaugeri poſſet in hoc argumento MENOCHIVS.

(g†) Vt adeo *inueſtitura* non porro arbitrii ſit aut gratiae domini, ſed iuris neceſſarii. Neque conferat beneficium; ſed firmet, nouetque.

(h†) Quod illuſtre exemplum docet feudorum Sileſiae. Cuius momenta exponit adpendix litt. A.

(i†) Quod pariter tam *Sileſiae*, quam *Angliae* et *Scotiae* moribus illuſtratum ſuperius.

(k†) Vt adeo dubitare nequeat dominus de uaſalli *fidelitate* et *dexteritate*,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0029-7

feuda ob neglectum inueſtiturae, niſi coniunctum cum dolo contemtuque domini (l†); feuda Germaniae eſſe emtitia (m†); eſſe oblata (n†); inueſtituras olim gratuitas; ſeruitia rei magis, quam perſonae inhaerere uaſalli [o†], cetera.

*Diſſuaſoria ab corundem abuſu.* §. 6. Contra uaſallus cogitet, ne indulgentia domini, cui reuerentiam debet, parum reuerenter abutatur (p†),

defungendi officio clientelari. Cum obligatio tranſeat in omnes ſucceſſores ipſo iure cum re feudali: licet credatur, ſolius *periurii* metum uaſallo non eſſe, nondum inaugurato ROSENTHALL *cap. 6 concluſ 29. n. 5.* KNICHEN *de pact. ueſtit part. 3. c. 4 n. 69.* Contra olim a uaſallo pariter requiſiuit dominus litterariam obligationem: daß er ihn vor ſeinen Lehensherrn erkenne, auch alles iederzeit thun wolle und ſolle, was einem Lehenmann oblieger und gebühre. Inde ſolenne uerbum: die Lehen bekennen, Bekantnuß der Lehen thun. Quales litterae ac formulae omnium ſunt frequentiſſimae in *medio aeuo*, praeſertim uaſallorum *extra curtem*, extraneorum aut praepotentium.

(l†) Plene de his ROSENTHALL *cap. 6. concl 45* FICHARDVS *tom. 2. conſ. 13.* Etiam de imperii feudis id largiuntur ITTERVS *cap. XI. §. 5* WESENBECIVS *part 6. conſ 261.* et alii innumeri. His quidem uerbis: *modo qualicunque ratione neglectum ſuum poſſint excuſare.* Vera autem cauſa in eo quaerenda: quod feuda eius generis non ſint *beneficiata*, quae ex nota ingratitudinis queant reuocari. Requiritur ergo delictum, ſi quidem poena locum habere debet priuationis rei, quae olim in meo patrimonio aut aere grauiſſimo acquiſita.

(m†) Adeoque cauſa *acquiſitionis* non ſpes ſeruitiorum, ut *condictioni locus cauſa data cauſa non ſecuta.*

(n†) Vbi dominus potius accepit a uaſallo beneficium, nullum autem uaſallus a domino. Facilius igitur hic dominus excidere poteſt *directo dominio*, quod eſt uaſallo largitore *beneficiatum;* quam utili uaſallus.

(o†) Vt domini parum interſit, noſſe uaſalli robur, fortitudinem, ſcientiam, artes, dexteritatem idque beneficio renouationis inueſtiturae.

(p†) Vellicare ita omnino debent aures *uaſalli* Praeſertim, ſi is ſimul ſit *ſubditus*, ne friuolis cauſis domino uideatur illudere. Quo caſu recte tuebitur auctoritatem ſuam dominus, *negando indultum*, repellendo preces, animaduertendo in uaſallum, ſi tempus abiit, renouationi deſtinatum.

ad

adducendo uel nullas cauſas (q†) uel leues (r†) uel falſas (s†) uel ridiculas iteratu (t†).

## CAP. VI.

# *De* effectibus *indulti uel* impetrati *uel* negati.

*Indulti effectus I.* impunitas *morae.*

§. I. SEquitur, ut de indulti aliquid dicamus efficientia. *Primum* itaque *indultum* liberat a poena metuque inueſtituram negligentium (u†).

---

(q†) Hac forte formula: Er entſinne ſich ſeiner ſchuldigkeit die Lehen zu empfangen. Bethe aber eine friſt von einem Jahre, wenn es etwa ihme ſodann bequemer fallen würde, die Lehen behöriger maſſen zu muthen.

(r†) Quales ſunt formulae generales: Litte ietzo ſeine gelegenheit nicht; bäthe ſich eine bequemere Zeit aus; würde gezwungen, geſtalten ſachen nach, Indult zu bitten. Grauiter RECESS. WORMAT. 1521. §. 4. **aus redlichen Urſachen.** Quas oportet eſſe et idoneas et indicatas ſigillatim. Niſi tutus ſit *notorietate* aut cauſae ſint arcanae, quas praeſtet tegere ex ratione ſtatus. Vnde in imperii principes aula imperatoris ſolet eſſe indulgentior ad formulas etiam uniuerſim conceptas.

(s†) Quarum figmenta ſi poſt domino prodantur, noua cauſa eſt ad argumenta *priuatoriae actionis*, Quamuis etiam hic fatua cauſa excuſet a dolo.

(t†) Nihil hic definiri ſolet, quoties liceat repetere *indulta*. Imo cum haec raro dentur ultra ſemeſtre aut ſpatium annuum et nihilominus ad decennium et ultra inueſtiturae principum ſoleant differri et prorogari: facile eſt ad intelligendum, multoties indulta repeti ac renouari. Cum ſaepe cauſa indulti eſſe queat perpetua, duratura in plurimos annos. Licet REGIMENTVM olim prohibuerat imperator, dandi aut repetendi INDVLTVM FEVDALE ultra ſpatium anni unius, quod dicit REC. WORMAT. an. 1521. §. 4.

(u†) Qui enim ſibi non proſpexit indulto, eum *litigare* oportet cum domino feudi, utrum idoneas et decreto I. F. 22. conformes habuerit cauſas, ad differendum et declinandum inueſtiturae renouationem. Contra, licet decennia et ampliora temporis ſpatia lapſa ſint, antequam uaſallus inueſtituram requirat, non



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0031-5

*II.* Agnitio domini, *inſtar inueſti-*

§. 2. Deinde eſſe ſolet inſtar temporariae inueſtiturae einer interims-beleihung (x†). Vnde facile intelligitur, quod largitor indulti habeat rogatorem pro uaſallo legiti-

tamen habet; quod metuat ſibi a poena neglectus et feudi priuatoria actione. Dummodo tamen *ſchedulam indulti* (den Indultſchein) producat, aut probet, ſibi *indultum* factum, alias. Neque enim alligauero indulti gratiam ad ſolas litteras. Cum potius ſufficiat, domini uoluntatem ex nutu, uerbis, quacunque alia ratione poſſe intelligi. Imo crediderim, aliquid etiam hic dandum eſſe domini *ſilentio*. Habendumque illud pro conſenſu. Qui enim tacet eo actu, quo loqui tenetur, creditur conſentire. Quamuis tutius longe ſit, ut urgeat rogator indulti litterarium reſponſum, unica etiam uocula abſolutum, ſcriptum in margine inferiori libelli, *deferatur, detur,* wie gebethen, vergönnet, ertheilet. Idque uel indefinite, uel definite auf 2. 3. Monathe, Jahre. Si quidem in libello ſupplici ſpatium indulti ſit expreſſum. Alias enim neque minimum neque maximum creditur, ſed *medium* inter utrumque, pro curiae cuiusque moribus ac inſtitutis.

(x†) Imo, niſi prorſus fallor, ex eo demum tempore, exiſtimo, orta et frequentata fuiſſe *indulta feudalia,* ex quo in deſuetudinem abierunt *interimiſticae inueſtiturae*, die interimsbeleihungen. In mores quondam iuerat in Germanico etiam imperio, ut uaſallus ante *annui ſpatii* lapſum ad dominum mitteret procuratorem, qui in mandatis habuerat, ſuſcipere feudum nomine uaſalli, addita pollicitatione, fore, ut, quam primum occaſio ſe offerat idonea, illud *praeſens poſtea renouet.* Inde neque alia conditione dominus inaugurauit uaſallum, quam hac: *ut, quam primum fieri poſſet, ſiſteret ſe ipſe uaſallus PRAESENSQUE renouaret, quod nunc ſponderet iuraretque mandatarius pro abſente.* Exemplis et diplomatibus rem colluſtrabimus. An. 1292. ADOLFVS imperator Bohemiae regis Wenceslai legatum feudis regni et principatuum inaugurauit: ea lege, ut, ſi ipſi commodius fuerit, rex feudum *perſonaliter* ſuſciperet. Habes *clientelare documentum* apud BALBINVM *in miſcell. regni Boh. Dec. I. lib. 8. uol. I. epiſt. 23. p. 25.* Quorum monumentorum exempla exhibebimus in ADPEND. *litt. B. et C.* Intelligimus inde, ne quidem reges olim excuſatos fuiſſe, a feudis in *perſona* ab imperatore ſuſcipiendis. Tantum abeſt, eosdem olim *abſentiam* non excuſauiſſe. Illuſtrius forte exemplum *abbatiſſae Quedlenburgenſis,* quam pariter promittere oportuit Carolo IV. Caeſari, quod, uiis publicis ſecuris, abbatiſſa praeſens uentura ſit ſuſcepturaque inueſtituram, quam abſens tantiſper per legatum accepiſſet. Quod illud cla-

moque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0032-0

moque feudi poſſeſſore (y†). Adeo, ut non ſolum poſſidere feudum, ei dominari, uti eo fruique poſſit; ſed etiam, ceteris paribus, feudum alienare, refutare (z†), uendere, permutare de eoque diſponere queat, inſtar illius, qui feudo re uera eſt inauguratus. *tura interimiſticae.*

§. 3. Porro ipſius uaſalli nexus non ideo eſt laxior, quod a domino is nondum ſit inauguratus. Nam requiſitum et impetratum indultum inſtar eſt datae fidei clientelaris. Rogat certe uaſallus inducias non ſeruitiorum aut beneficiariae obligationis, quam potius agnoſcit con- *III. Obligatio uaſalli ad officia clientelaria.*

rum facit, etiam *foeminarum* pudori non obfuiſſe, *inueſtiri praeſentes* ab imperatore.

(y†) Quo ipſo differt *indultum* a ſchedula ſimplicis *recognitionis* vom recognitions-ſchein. Quia haec tantummodo docet, *requiſitam* inueſtituram, non uero quo hoc factum ſit iure. Et hoc ultimum fieri in feudali *indulto,* intelligitur ex formulis inferius exhibendis in adpendice.

(z†) Anno eodem, quo haec ſcribo, caſum habui cauſae patronus eiusdem. Scilicet emerat pater feudum. Inducias autem petierat impetraueratque a curia Dresdenſi differendae inueſtiturae. Licet uero hanc, ex indulti ratione, ille non ſuſcepiſſet, praedium tamen clientelare, ſenectutis ergo, filio conceſſit feudumque, quod dici ſolet, in illius gratiam refutauit. Dubitabatur a cliente de conſenſu domini, a quo repulſam ſibi metuerat, quod ante quid dare non poſſet, quam illud accepiſſet. Sed fruſtra animi pependerat. Nam dominus illico conſenſit ceſſioni, filio factae, qui etiam inſtar feudi paterni ad inueſtituram admiſſus eſt, licet pater eandem non ſuſcepiſſet. Quo ipſo iam clarum eſt, indulti eundem fere eſſe effectum, qui inueſtiturae ipſius. Imo *tertium* feuda acquirendi modum induci moribus per *indulta.* Quod etiam *formulae indultorum* conceptis innuunt uerbis: Nachdem wir in der Lehens-empfangung N. auf ſechs Monath indult ertheilet, und gdgſt. geurlaubet haben: ſolle N. das Lehngut indeſſen Lehens- und Urlaubs-weiſe inne haben, ſolches nutzen und nieſſen, als andere Vaſallen und Lehensleute thun können und mögen. Jedoch mit ausdrücklichem Vorbehalt, daß N. nach ablauff oberwehnter Zeit, die Lehen, wie ſichs gebühret und Lehnrecht vermag, von uns würcklich empfahe.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-207824-p0033-6

fiteturque in libello, ſed ritus et ceremoniae (a*). Tantum igitur abeſt, ei ſchemata, adpellationes, honores aliaque feudi acceſſoria negari poſſe (b*): quantum abeſt, reges et principes maieſtate deſtitui, ante coronationem ſolenniaque inaugurationis (c*). Quid? quod etiam indulti codicillus hac ideo formula gaudeat: concedi indultum, ea tamen lege, ut uaſallus nihilominus faciat id, quod eſt officii hominis beneficiario nexui addicti (d*).

Effectus in- §. 4. Contra igitur, indulto negato, habet uaſallus,

(a*) Formula petendi indulti eſt fere haec: wie ich mich nun meiner Schuldigkeit erinnere, in rechts verſchener Zeit die Lehen gebührend zu ſuchen: ſo werde ich gleichwohl vorietzo, wider Willen, daran verhindert. Bitte demnach dieſe meine anmeldung in gnaden auf- und anzunehmen, zur würcklichen Lehensempfängnüß aber, in erwegung erſt angeführter Behinderung, noch auf ein Jahr indult zu erſtatten, und darüber gewöhnlichen Indultſchein ertheilen zu laſſen. **Ich werde nichtes deſtoweniger mich inzwiſchen / als deroſelben getreuen Vaſallen / in unausgeſeztem Gehorſam erweiſen / auch alles dasienige thun und leiſten / was einem getreuen Vaſallen oblieget und gebühret /** et quae ſunt reliqua.

(b*) Scilicet uaſallus, licet nondum inauguratus, adpellari poteſt uerbis clientelaribus Veſter, lieber, getreuer. Committit nihilominus feloniam. Incurrit in poenam amiſſionis et priuationis, et quae ſunt alia generis eiusdem.

(c*) Quod nemo dixerit, niſi animum habeat, ſuperſtitione infectum eccleſiae quondam Romanae. Hodie certe fere in mores iuit, ut in ſucceſſiuis regnis inaugurationis ceremoniae omittantur ad parcendas impenſas.

(d*) Etiam dominus conceſſione *indulti* feudalis ſibi proſpicit uerbis, ne uaſallus, durante indulto, ſe exiſtimet officii clientelaris uinculo minus obligatum. Inde formula: Ertheilen dir, auf dein ſuchen und beſchehene vorſtellung, ſolchen indult. Jedoch dergeſtallt und alſo, daß du angelöbeſt, und zuſageſt, in aller maaß uns von wegen ſolcher Lehen verpflicht zu ſeyn und zu gewarten. Als ob du die Lehen würcklich empfangen, und die eydespflicht gethan hätteſt. Und magſtu alsdann die Lehen gebrauchen, als ob ſie dir verliehen wären. Quae formula legi imperiali conformis et decreto comitiali in REC. WORM. de regimento an. 1521. §. 4. Und behalten uns bevor,

quod metuat ſibi a poena inueſtituram negligentium (e*). Licet alii contendant ex aduerſo. Qui hoc obtentu eſſe uolunt mitiores; quoniam ſatis ſit, indulto rogato, uaſallum neque feudum inficiari neque deſpicere dominum neque in doli mali incurrere reatum (f*). *dulti negati.*

## CAP. VII.

# *De indulti* rogatore *et* largitore.

§. I. Poſtquam indulti *finem* uſumque habuimus, ſequitur, ut, quis *roget largiaturque* indultum, indagemus. Mittimus uulgares doctrinas, a quo petenda ſit inueſtitura? ab hoc quidem loco non alienas, ſed tamen doctrinae proprias de inueſtitura (g*). *Quis dare poſſit indultum?*

(e*) Non enim *iuris* ſunt *indulta* feudalia, ſed *gratiae* et fauoris, ad quem dominus cogi nequit. Unde neque opus eſt, ut *negati indulti* cauſas edat. Sed ſufficit, ſi libellus atro calculo notatus: abgeſchlagen. Aliud eſt, ſi cauſae petiti indulti decreto I. F. 22. conformes. Tum enim ipſo iure ſecurus eſt a *poena negligentium* adeoque *indulti* requiſitio eſt uere ſuperflua. Aliud forte de imperii principatibus eſt dicendum. Quoniam illi maiorem requirunt in ſuſceptione inueſtiturae adparatum; cauſae impedimentorum principis ſunt grauiores; territoria eorundem ipſo iure deferuntur; ratio ſtatus eorum quandoque exigit, ut ueras dilationis cauſas magis condant ſimulentque, quam aperiant. Ut adeo uirgulam merecantur leniorem.

(f*) Neque tamen me habebis diſſentientem, ſi domino reuocetur in animum, pleraſque *amisſionis* et *priuationis* cauſas eſſe iuſto duriores in *emtitiis*, *oblatis*, titulo *oneroſo* acquiſitis feudis. Interim, ne illudatur ita domino petitione indultorum, coercere queunt uaſalli poena extra legem et ordinem, quae reſpondeat rationibus delicti. Atque haec cauſa eſt, quare inueſtitura poſt *annuum ſpatium* negetur uaſallo, niſi produxerit *codicillos indulti* impetrati atq; ita moram purgauerit. Er wird nicht ehender zur belehnung gelaſſen, biß er den Indutſchein oder Muthſchein beygebracht, und dardurch erwieſen, daß er die Lehen zu rechts verſehner Zeit bekennet/ und um die belehnung anſinnung gethan.

(g*) Licet plurima notatu digna adfer-

§. 2. Pe-

*I. An regimentum?*

§. 2. Peculiare igitur illud eſt in curia imperiali. Quod licet olim *regimento* id datum non eſſet, ut renouarent inueſtituras ordinis maioris **Fahnlehen**: *mora* tamen, illius auctoritate, potuerit, ſed non ultra annuum ſpatium, proferri (h*) neque forte ſemel impetratum repeti aut iterari (i*).

*II. An* Caeſaris *uicarii.*

§. 3. De Caeſaris uicario ideo poterat dubitari pariter, quod eius auctoritas fere non maior, quam olim regimenti. Sunt tamen plura exempla *indultorum*, a Ferdinando, Caeſare uicario, conceſſorum (k*), ut rem hanc ponant extra aleam. Idem plane iudicium eſt de imperii uicariis tempore interregni (l*). Nam neque his *in-*

*III. Vicarii* imperii.

ri etiam de hac poſſemus argumento, nolumus tamen ad illud excurrere, cum uela opuſculi potius ſint contrahenda.

(h*) Videri poterat, penes quem non ſit *inueſtituram largiri*, penes eundem etiam non fore, dare eius actus indultum. Sed REC. WORMAT. *an. 1521. de regimento* §. 4. clarus eſt: Und behalten uns (caeſar loquitur) bevor die belehnung der Lehen und Regalien, die unter den Fahnen pflegen empfahen zu werden. Und ſollen unſer Regiment aus redlichen urſachen ſolcher empfängniß, nach verſchreibung (verſcheidung forte) des erſten jahrs / darinnen einem ieden ſeine Regalien zu empfahen gebühret / noch ein jahr lang indult und erſtreckung zu geben macht haben. Et mox §. 5. Und ſollen wir mittler zeit des obgemeldten gegebenen indults und gegebener erſtreckung njchts (forte nicht) ins Reich und Hoch-teutſchland kommen; alsdann ſollen heraus befehl thun, an unſere ſtatt ſolche Regalien, wie ſichs gebühret, zu verleihen. Ex mendis typographi in his duabus paragraphis facile eſt ad intelligendum, quam innumeris ſcateat codex receſſuum. Vt omnino inter uota S. R. I. illud etiam ſit, tolli illas et exemplum extare omni parte rectum.

(i*) Si enim, quod dicitur hic, imperator extra limites Germaniae agat, tum cauſas habent ordines imperii ad differendum petitiones inueſtiturarum ſuntque I. F. 22. ipſo iure ſecuri neque indigent indultu.

(k*) Quales exhibuit *litteras moratorias* ſuſcipiendi feudi LVNIGIVS, qui nullis parcit impenſis ad *archiuum*, quod dixit, *imperiale* inſtruendum adaugendumque.

(l*) Habent tamen cauſam ideo maio-

*dulto-*

*dultorum* largitio poteſt negari, in feudis ſcilicet ordinis inferioris: licet, ex A. B. ſenſu, breuior anno eorundem eſſe debeat poteſtas. Cum id ſatis ſit, imperatorem deinde electum factis eorundem omnino teneri (m*).

*IV. Auſicum tribunal.*

§. 4. De iudicio et *tribunali aulico* propterea fruſtra ambigitur, quoniam in uulgaribus feudis illius auctoritas eſt inſignis (n*), ab imperatore facile temperanda, ſi quid forte peccaret in nimio (o*).

*V. Praepoſitus feudalis.*

*V. Regimen prouinciale.*

§. 5. Idem fere dici poteſt de feudali procuratore (dem Lehens-Propſt) (p*) aut regimine prouinciali, quod illius ſuſtinet locum et uices (q*). Cum domini uix in-

rem negandi *indulta feudalia*, diu praeſertim, quoniam poteſtas et auctoritas eorundem adſtricta eſt ad ſpatium interregni. Cuius tempora Carolus IV. contraxit in tit. 5. A. B. Ceterum non opus eſt, ut *princeps* aut *regalis feudi* eines Fahnlehens poſſeſſor, durante interregno, a uicariis imperii roget *indultum*. Licet enim, mortuo etiam caeſare, feuda, imperii intuitu, quod adhuc immortale, perdurent: cum tamen uicarios prohibeat A. B. quin eius generis feudorum *inueſtituras* largiantur, ipſo *iure* tuti ſunt neque opus habent *indulto*.

(m*) Non teneretur imperator, ſi *uicarii imperiales* INDVLTA largirentur in feudis uexilliferis. Idque ideo, quoniam excederent ita limites ſuae poteſtatis in A. B. *tit.* 5. definitae.

(n*) Nam uulgaria nobilium et comitum *inueſtiturae*, uti fiunt in hoc collegio, quod *iudicium aulicum* ſolemus adpellare: ita dubium non eſt, inde quoque expeti et expectari debere *indulta*. Ceterum eſt apud *dn. praeſ.* CODEX MSCT. catalogus omnium illorum feudorum, quae ſuſcipi ſolent a *iudicio aulico*, ordine alphabethico plene congeſtus.

(o*) Quod enim dari ſolet plerumque *regimini prouinciali*, der Landes-regierung, illud eo minus negari poteſt ſupremo huic tribunali. Accedit, quod etiam hic iuris axioma attendendum: *minima non curat praetor*.

(p*) Sed raro penes unum *praepoſitum feudalem* cura haec rei et iuris clientelaris. Nam plerumque cauſae feudales uel in *concilio principis* ſupremo tractantur uel in *prouinciae regimine*. Vtrobique illas referre et expedire ſolet *praefectus* rei clientelaris, alibi dictus der Lehens-Propſt, alibi der Lehens-director.

(q*) In illis locis, ubi ſingularis non alitur curia feudalis eine Manns Cammer,



terſit,

terſit, indulgentiam hanc ſibi tantum reſeruare et regimen eius concesſione deſtituere. Atque haec de illis, a quibus *indultum* ſolet impetrari.

*Qui rogent indultum? 1) tutores.*

§. 5. Sequuntur nunc perſonae, quas oportet indultum rogare; licet ubique petere nequeant ipſam inueſtituram. In his principio occurrit tutor, cuius officium eſt, et ſui cauſa *inueſtituram* aut eius *indultum* requirere in curia imperiali et regali, quod fruſtra negat CARPZOVIVS (r*), et ueniam petere ſuo pupillo, ut

---

Lehenscurie, Manngericht, Lehenscantzeley. Neque memini alicuius collegii, cui illud a principe negatum, Lehens-indulta, ohne vorbewuſt und einwilligung des Lehens-herrn zu ertheilen. Datur hoc *Magdeburgico regimini* in ſcripto an. 1700. a principe concepto, quod exhibetur in CODICE IVR. MAGD. *part. 3. n. 123.* §. Dieienige, ſo 1) abweſend, 2) aus mangel benöthigter nachrichten, documenten und beſcheinigung, die Lehen und mitbelehenſchafft nicht verfolgen oder erlangen können, haben iedesmahl bey der in rechten verſehenen zeit ſich bey unſerer Lehenscurie zu melden und um indult darzu gebührend anzuſuchen. Welches ihnen dann, dem befinden nach, auf ein halbes oder gantzes jahr iedesmahl ertheilet, und ſie dabey zugleich beſchieden werden ſollen, wie ſie ſich ferner darunter zu verhalten.

(r*) Reſpondit CARPZOVIVS *part. 2. deciſ. 178.* caſum hunc, ſed fere perperam. Scilicet an. 1629. petierat et impetrauerat uaſallus a rege Bohemiae INDVLTVM, ob cauſam *impubertatis.* Mortuo largitore domino, *tutor* petit *inueſtituram* conſequiturque. Requirebatur noua *renouatio* a pupillo, qui conſecutus fuerat annos *pubertatis.* Vaſallus puber declinauerat eandem, hoc obtentu, eandem factam *tutori.* Quid ad haec *Carpzouius?* ridet ille, explodit habetque *tutoris* inueſtituram pro nulla. Quoniam fruſtra de bonis pupilli tutor inauguraretur. Sed recte SCHILTERVS *in notis ad Struuium c. 8. § 7. n. 6.* iudicat, ex ignoratione ſtyli curiae id proueniſſe. *Nam* tutorem *inueſtiri, ut tutorem, de rebus* pupilli, *non ut de* propriis, *ſed ut* ſubſtitutum *uaſallum usque ad* pubertatem *ueri uaſalli. A quo poſtea inueſtitura nomine proprio repetenda. Tutor certe iurauit* FIDELITATEM ADMINISTRATORIAM, *quae ipſi in curiis* Saxonicis *remittitur.* Scilicet in opuſculo de *tutela fructuaria* feudorum plene docuit *dn. praeſ.* quod *tutor* quondam *feudi* illius ſit gauiſus *uſufructu*, quemadmodum ipſum oportuit etiam eſſe a ſeruitiis domino usque ad curandi adole-

domi-

dominus renouationem inueſtiturae indulgeat ei ad annos usque pubertatis (ſ*), ut habilis ſit ad iurisiurandi clientelaris religionem (s*).

